

DEBITUM,  
 QUOD  
 VIRO  
 MAGNIFICO, CONSULTISSIMO, EXCELLENTIS-  
 SIMOQUE DOMINO,

DOMINO

LUDOVICO

GUNTHERO

MARTINI,

*f. u. DOCTORI CELEBERRIMO,*  
 ILLUSTRISSIMI COMITIS STOLBERGENSIS  
 CONSILIARIO GRAVISSIMO, CANCELLARIE WERNIGE-  
 RODANÆ DIRECTORI, CONSISTORIIQUE PRÆSIDI  
 EMINENTISSIMO,

DOMINO PATRONO

AC

HOSPITI SUO

*Æviternum colendo suspiciendo*

Ipso feliciter exorientis anni MDCCV. die primo  
 inter tot gratulantium voces & concordia gaudia

Ea, qua par est, animi veneratione præstare voluit

TANTI NOMINIS

*Devotissimus Calior*

JOH. MAURITIUS Müller/

SS. Theol. Stud.

WERNIGERODÆ, Literis Mich. Ant. Struckii.

Kapsel 78 N 12 [41] AK





**S**acro quis illo tempore, dicite,  
Indormiendum censeat otio,  
Quo conspicamur gestientis  
Lætitiæ dâre signa Musas?  
Omnis gressu subsilit omnibus  
Saltante tectis incola gaudio,  
Anni novi optans faustitatem;  
Nos juvet hiscere, nec sonoris  
Ardere votis? Quæ mora nos tenet?  
Num tanta muti gaudia civium  
Mirabimur? Num denegata  
Murmura erunt fidibus canora  
Nostris, novam dum poscit adorem  
Ex sanctitatis legibus hæc dies  
Nostro Patrono? Cur subinde  
Immemores meriti lacestiat,  
Surdas & aures Gratia vellicet?  
Musis amico quid metuis lyræ  
Movere chordas? Hem! timere  
Desine! quid resides moramur?  
Jani Calendas cernimus denuo  
Circa Holtemam nunc, qui toties cavum  
Intra alveum rictu voraci  
Lene means strepitus in altum  
Lætos refundit, post, (neque fallimur),  
Inebriaturus pluvia solum  
Late fluenti fertilique:  
Sub Procèrum Patriæque plausu

Intrat

Intrat vicissim cum DOMINO novum  
 Annum PATRONUS, VIR, PATRIÆ DECUS,  
 Quem civitas audire, cujus  
 Consilium Themidosque florem  
 Exoptat halantem bibere: Insuper  
 Res hunc ruentis sapius imperi  
 Deliberato reddidisse  
 Consilio memorabit ævum.  
 VIRUM beari conditionibus  
 (Si quid juvant) dignum Attalicy canet  
 sero nepoti, & grande nomen  
 Perpetuo ac sine fine tollet!

\* \* \* \* \*

I.  
 DOCTOR LUDOVICUS GUNTHERUS  
 MARTINI.

<sup>nar' avay.</sup>  
 DEUS NOTATOR SUORUM HUNC DILIGIT, CUR?

**I**Nter præcipuas studium pietatis amandæ  
 Curas qui vitæ, quas meditaris, habes,  
 VIR DILECTE DEO, solus Tua vera voluptas  
 Spes columenque potens est DEUS atque manet!  
 Jamque NOTATOR idem DEUS HUNC CUR, quære, SUORUM  
 DILIGIT? hem! quod habet nil pietate prius.

II.  
 DOCTOR LUDOVICUS GUNTERUS  
 MARTINI.

<sup>Anagr.</sup>  
 HUNC DOMINUS DIGITOS TUEATUR, LUCROR.

**E**N tot abhinc annis Numen, *Venerande Patrone,*  
 Frena Tibi Patriæ jure tuenda dedit;  
 Et bene habet! rerum vel sæpe pericula summa  
 Sunt evicta gravi dexteritate Tua  
 Scilicet haud patriæ pia quærere commoda cessas  
 Consilio, scriptis, religione, fide.  
 Hinc labor! ô DIGITOS validus TUEATUR amantem  
 HUNC DOMINUS Patriam, prospera cuncta fluant!  
 Aula, domus sacra, judiciaria, schola, turbaque pressa  
 LUCROR Te salvo, plurima LUCROR, ait.  
 LUCROR, ait, Nomenque Tuum, Tua laudeque digna  
 Semper inoblito pectore facta feram.

ACRO-

## ACROSTICHIS

## VOTUM COMPLECTENS.

**D**um Tua Te virtus dudum **VIR** candida **D** OCTE  
**O** mni jura datis proponere fascibus **O** rbi  
**C** onspicuum fecit, tanto nunc munere **C** larum  
**T** e chorus Aonidum miratur, & **AULA** pe **T** itum  
**O** rnat Te **ILLUSTRIS**; Vitam ac licet **A** tropos **O** cce  
**R** arum Fama tamen Nomen prænuucia **R** erum

**M**agnarum tollet per secula plurima **M** undo;  
**A** flatus vero dignum Te **N**uminis **A** li  
**R** ectorem foavis solidabit vivere **R** ecti.  
**T** ale vovens mea Musa, novum gratataque **T** empus  
**I** ngeminat: Vitæ Tibi prospera plurima **I** ungat  
**N** umen, **T**E Patriæ crescat **D**UCE gloria **N** ostræ,  
**I** usque Sacrumque **D**EI vigeat Te vindice **I** usto.

**V**ernet tot meritis, **MÆCENAS**, inchyta **V**irtus  
**I**nconcussa Tuis, **N**umen Zephyritidos **I**nstar  
**V**iventem recreans mala faxit ut omnia **V**incas,  
**A**mosique valens superatis Nestoris **A**nnis  
**T**andem cælorum scandas stellantia **T**eclæ.



78 N 12 [41] X300 8247

35

DEBITUM,  
QUOD  
VIRO  
MAGNIFICO, CONSULTISSIMO, EXCELLENTIS-  
SIMOQUE DOMINO,

DOMINO



LUDOVICO



GUNTHERO



MARTINI,

7. U. DOCTORI CELEBERRIMO,

ILLUSTRISSIMI COMITIS STOLBERGENSIS  
CONSILIARIO GRAVISSIMO, CANCELLARIE WERNIG-  
RODANÆ DIRECTORI, CONSISTORIIque PRÆSIDI  
EMINENTISSIMO,

DOMINO PATRONO

AC

HOSPITI SUO

Æviternum colendo suspiciendo

Ipso feliciter exorientis anni MDCCV. die primo  
inter tot gratulantium voces & concordia gaudia

Ea, qua par est, animi veneratione præfere voluit

TANTI NOMINIS

Devotissimus Cultor

JOH. MAURITIUS Müller/

SS. Theol. Stud.

WERNIGERODÆ, Literis Mich. Ant. Struckii,

Kapsel 78 N 12 [41] AK

